

Eugenius III, 1147, Apr. 25. Parisiis.

Monasterium S. Mariae de Valle tuendum suscipit, bonaque et iura confirmat, petente Theobaldo abbate. (VII. Kal. Maii, Ind. 10, Inc. a. 1147, p. a. 3.) — 'Quotiens illud a'.

L. 228, n. 3.

„ 1147, Mai 2. Parisiis.

Monasterii S. Victoris Parisiensis, rogatu Gilduini abbatis, tutelam suscipit, possessiones confirmat liberamque abbatis eligendi facultatem fratribus indulget. (VI. Non. Maii, Ind. 10, Inc. a. 1147, p. a. 3.) — 'Desiderium quod ad'.

L. 228, n. 4.

„ 1147, Mai 30. Parisiis.

Domum leprosorum Parisiensium tuendam suscipit eiusque possessiones confirmat. Decimas ab eis exigi vetat. (III. Kal. Jun., Ind. 10, Inc. a. 1147, p. a. 3.) — 'Sacrae scripturae testimonio'.

L. 228, n. 5.

„ 1147, Jun. 1. Parisiis.

Monasterii Fossatensis protectionem suscipit, bonaque et privilegia confirmat, petente Ascelino abbate. (V. Non. Junii, Ind. 10, Inc. a. 1147, p. a. 3.) — 'Desiderium quod ad'.

L. 228, n. 6.

„ 1147, Jun. 30. Meldis.

Theobaldi episcopi et capituli Parisiensis statutum super duabus praeposituris Spedone et Laraci confirmat. In ecclesia eorum uni personae duas praeposituras concedi vetat. (II. Kal. Iul.) — 'Quotiens illud a'.

L. 228, n. 8.

„ 1147, Sept. 29. Altissiodori.

Ecclesiae S. Mariae de Castellis possessiones ac decimarum immunitatem confirmat, petente Roberto priore. (III. Kal. Oct.) — 'Sicut iniusta poscentibus'.

L. 228, n. 8<sup>b</sup>.

„ 1148, Apr. 26. apud Claramvallem.

Parthenonis de Fonte-summo patrocinium suscipit, bonaque ac decumarum immunitatem confirmat, petente Hermengarde abbatissa. (VI. Kal. Maii, Ind. 11, Inc. a. 1148, p. a. 4.) — 'Ad hoc a summo'.

L. 228, n. 11.

„ 1150, Apr. 16. Laterani.

Hugoni abbati S. Germani de Pratis Parisiensi asserit ecclesiam S. Mariae Magdalenae de Monte Calvulo. (XVI. Kal. Maii.) — 'Quae a fratribus'.

L. 228, n. 1<sup>b</sup>.

„ 1150, Apr. 23. Laterani.

Universos ecclesiarum praelatos hortatur, moneant populum, ut ad usum Templariorum pecuniam colligat. Bene-